

§.3. (2) *Objectum* Emptionis venditionis, (vide Thes. 27.) sunt
*Omnes res quæ sunt in commercio h.e. quas quis habere, vel
 possidere, vel persequi, potest.*

{ Sive *actu* sint, & quidem
 vel ita, ut *jam teneantur.*

{ vel ita, ut *sperentur* v.g. captus piscium, missilium,
 utrobique pura est emptio.

1. { hic *venditor* tenetur, licet captus decuplo ex-
 cedat pretium,

emptor tenetur, licet nihil inciderit,

Si venditor rete noluit jactare, tenetur emptori de-
 tanto, quanti jactum vir bonus æstimaverit.

{ Sive *potentiâ*: Venditio est sub conditione: Ergo si res
 non nascatur, emptio nulla est, nisi jam sit in herbis.

Si venditor sciens fefellerit, tenetur ad interesse.

{ Si *pars* sit, quam quis habet pro indiviso, etiam invito so-
 cio vendi potest, nisi *judicii de communi divid. mu-
 tandi causa* fiat.

{ Si vero *totum*, Socius partem suam vindicare potest.

Nisi *fiscus* partis dominus vendiderit,

tunc enim Socius solum agit ad partem pretii.

{ Sive *res propria* sit

3. { (quam præjudicat.

{ Sive *aliena*. Dominus tamen rescindere potest nec quic-

Si res sit *furtiva*

1. Si uterque scit, à neutra parte est obligatio,

2. Si emptor solus scit, non obligatur venditor.

3. Si venditor solus scit, utrinque obligatio est.

{ s. *libera*.

4. {

{ s. *cum onere*

{ res oppignerata vendita, transit cum
 onere,

{ rei emptæ tributa, quæ priores non sol-
 verunt, inhærent.